

cano-viridibus, in eadem planta vel rhombicis vel rhombico-lanceolatis vel ovato-lanceolatis ad apicem interdum subito contractis asymmetricice inciso-dentatis vel praecisis; inflorescentia pure cymosa (Tab. IV. fig. 15).

Hungaria: In paludosis exsiccatis herbicis ad pagum Vésztő, Com. Békés (leg. de BORBÁS, 8, 1891, P.).

(Continuabitur.)

Hazánk meg a Balkán Hesperis-ei.

(Species Hesperidum Hungariae atque Haemi).

Irta: DR. BORBÁS VINCE. — Autore V. de BORBÁS.

(Folytatás. — Continuatio.)

Descriptiones specierum (A fajok részletes ismertetése).

Hesperis THEOPHRASTI de Causis plantarum, Lib. 17. cap. 25, PLIN. Hist. libr. 21, cap. 7, CLUS. Stirp. Pann. 1583 p. 333, TOURN. Institut. 222, t. 108, LINNÉ Genera, ed. 1, 1737 n. 538, VI. 1764, 340 n. 817.

De nomenclatura *Hesperidis* pauca dici possunt, *Deilosmam suaveolentem* ANDRZ. solum ad *Hesperidem* reduxi et in *H. suaveolentem* mutavi. Speciem *H. matronali* parallelam viridiorem pilis laxioribus, maiorifloram, foliis magis acuminatis, petalis haud mucronatis, — ex LINNAEI verbis — *H. sibiricam* nominavi descr. spec. seq. Descriptio autoris authentica plerumque quadrat in *Hesperidem*, quam ipse examinavi. *H. nivea* excepta, cfr. descr. spec. seq.

Quid Ἑσπερίς *Theophrasti* sit, iam CLUSIUS l. c. inexplicabile esse dicit, „cum alias nullas notas reliquerint veteres, quibus dignosci queat.“ *H. tristis*, ut putant SPRENGEL¹⁾ et DE CANDOLLE,²⁾ vix planta *Theophrasti* „nocte plus redolens, quam interdiu“ esse potest, quia *H. tristis* in flora Graeciae huc usque incognita est.³⁾ Inter species *Hesperidum* *H. secundiflora* in Graecia frequentissima est, et si Ἑσπερίς *Theophrasti* reverè ad hoc genus pertineat, nil nisi *H. secundiflora* esse potest. Quod VISIANI et BOISSIER de odore huius speciei dicunt, cum verbis THEOPHRASTI bene convenit.

Genus *Hesperidis* in subgenera tria naturalia partitur:

1. Deserticolae, 2. Mediterraneae, 3. Monticolae.

Első alnemzetség (subgenus primum).

Deserticolae BORB. ined. *Hesperidium* DC. Prodr. I. p. 383, pro parte, FOURN. Monogr. Hesper. 1868 vide p. nostr. 162 (p. 132, *Hesperis* DC. Syst. II, 1821, 447 pro parte, *Deilosma* SPACH. Hist. VI, 1838, 397, non ANDRZ., *Kladnia* SCHUR Enum. pl.

¹⁾ Geschichte der Botanik I. p. 79.

²⁾ Regni veg. syst. II. 447.

³⁾ HALÁCSY: Conspectus fl. Graecae, 1900, p. 71. NYMAN. Consp. p. 38

Transsilv. 53) biennes aut pluriennes, rosula innovationis florendi tempore interdum iam vigente. Caulis, rami foliaque patenter villosa, foliis indivisis crassulis, *inflorescentia* \pm composita, *corymbiformis*, *pedunculis incrassatis*, compresso-quadrangulis, breviter glandulosis. Flores compressiusculi, calyce interdum colorato, glandulifero, apice pilis paucis longioribus barbato, *petalis linearibus, angustis*, lividis, sordide luteis aut virescenti-Intescentibus, pallide violaceis, raro concoloribus, sed saepissime — more *Hyoscyami nigri* — intense-violaceo- aut atropurpureo-venosis, in Haemo etiam atroviolaceis, sensim in unguem attenuatis; stigmatate brevi. *Siliquae plano-compressae*, ancipites, absque carpophoro, erostres, obtusae, latae, ensiformes, minus turulosae, *glabrae, denique cum pedunculo divaricatae*, ut habitus totius herbae illum *Eryngii campestris* referret. *Valvae siliquarum dehiscentes, latitudine posteriorum duplo angustiores*, papyraceae, nitidae, nervo medio valido percursae *replum seminiferum percrassum latitudine haud tegentes*, septis inter semina fungosis, semine oblongo trigono. *Ad basin pedunculorum utroque latere nectarium parvulum ovoideum, rostratum* adest, sed prius ac in *Monticolis* deciduum.

1. Species *Deserticularum*: unica *Hesperis tristis* L. Sp. pl. I 1753, p. 663, SCHULTZ: Herb. norm. nov. ser. n. 416, in Hungariae centralis declivibus, silvâ deorbatis, nec non in arenosis planitiei sat frequens: Versec¹⁾ Hatvan, Eger, Pere-Márton comitatus Veszprém. (PILLITZ), Szécsény cott. Neográd (Apácahegy) et versus Buják (HAYNALD!).

Synonyma:

H. montana CLUS. Pann. p. 335, 1583, Hist. I. 296, 1601.

H. Pannonica CAM. Hort. 1588 p. 74 et ap. CRANTZ Stirp. Austr. I. 1762, p. 74!. Crucif. 1769, 121 et in indice.

H. desertorum VELEN. Sitzungsber. böhm. Gesellsch. 1893, XXXVII p. 7, sive *H. tristis* subsp. *desertorum* ej. Suppl. Fl. Bulg. p. 18, descriptione et exemplaribus authenticis, in herbario DEGENII, omnino cum *H. tristi* nostra et Austriae certissima, *plurienni* convenit, *H. tristis* VELEN. autem l. c. a Specie LANNAEANA plane abhorret, vide p. sequ.

Deilosma tristis SPACH Hist. nat. VI. 1838, 398.

Hesperidium triste G. BECK, Fl. v. Nied.-Österr. 1892, p. 474.

CLUS. l. c. p. 335 „radix fibrosa, quam tamen *biennium superare non arbitror*“ dicitur. *H. tristis* ab autoribus saepissime biennis esse dicitur. Biennio certe floret, at ipse radice crassa frustula caulina annorum praeteritorum, nec non rosulas innovationis gerente, *pluriennem* esse censeo.

Variat b) *homochroa* BORB. in „A Kert“, 1901, p. 457 breviter indicata.

Foliis superioribus basi triangulari amplexicaulibus, inferne dentatis; floribus concoloribus, sordide flavescentibus, absque venis coloratis; pedunculis intus glandulosis, extus cum calyce glabris.

¹⁾ Pótlékszerien csak az újabb termőhelyeket közöljük. (Loci nonnisi hucusque ignoti commemorantur.)

In robinetis inter Rákos-Palota et Szent-Mihály (1899 maj. 5), in monte Svevorum Budae, in pratis ad Cegléd rarior.

c) var. *atropurpurea* BORB. ined., pilis foliorum etiam ramosis, pedunculis glabris, floribus purpureo-violaceis, venis saturatoribus percursis.

In planitie Rákos, in montibus Budae (Svábhegy, Guger), ad Hatvan (BOHÁTSCH). Szász-Sebes (CSATÓ).

d) var. *perlanata* BORB. ined. caulis, folia et calyx pilis longis albis densissimisque, diametrum caulis aequantibus vel superantibus, rameis multo longioribus pervillosa; folia superiora ex ovata basi lanceolata, integerrima. Flores siccati atrovioiacei, concolores, una cum calyce tamen albovillosissimo eleganter bicolors. Pedunculi cum ovario glabri.

Cum typo, ad Babadagh Dobrudschae: in collibus ad Čukarova (17. mai 1878, Sintenis exsicc. 197.).

Praecedente multo magis lanata, flores magis nigricantes.

(*H. tristis* VELEN.!) l. c. non L. biennis, „pilis caulinis crassis, praelongis simplicibus“ in caule superiore etiam „glandulis parvis vel nullis... pilis foliorum omnino ramosis petalorum lamina purpureo-lurida latiuscula obtusa,“ in Bulgaria omnino nostra.

H. tristis fajtajával együtt csinos virág esti illatáért is célserű ültetni (*H. tristis* et varietates ob florem pulchrum atque odorem vespertinum gratum horticulturae commendatur).

Második alnemzetség (subgenus secundum).

MEDITERRANEA BORB. ined. (*Pachycarpus* FOURN. l. c. p. 334' pro parte, *Deilosma* SPACH. l. c. partim, non ANDRZ.). *Foliis inferioribus saepius lyrato-pinnatifidis, pedunculis demum incrassatis, petalis ad formam oblongam vergentibus, sensim in unguem attenuatis, lividis, livide rubellis vel lutescentibus, sine pictura; siliquis cum pedunculo divaricatis, compressis, fragilibus absque carpophoro, rix torulosis, sero dehiscentibus, valvis earum crassis, repleto seminifero aequilatis.* Stigma breve. Glandulae juxta pedunculares parvae.

2. *H. glutinosa* VISIANI, Flora, 1829, Ergänzt-bl. I. p. 16 pilis villosa, praetera adenotricho-glutinosa; foliis crassulis inferioribus lyrato-pinnatifidis, superioribus subcordato-lanceolatis, subpetiolatis, basi inciso-dentatis, pilosis glandulosisque; *racemo laxo, secundo, elongato, pedunculis calyce conspicue brevioribus, petalis sordide rubris vel pallide luteis, noctu graveolentibus, anguste oblongis vel anguste obovato-oblongis, apice acutiusculo, non emarginato; siliquis glanduloso-pubescentibus, subtorulosis, demum deflexis septo fungoso.*

Species cum *H. villosa* DC. nyctigama, sphingophila, exquisite litoralis.

Habitat in Croatia. In insula parva petraea Sancti Marci (Scoglio San Marco) ad Portum regium, in declivibus Segniae (Rossi!).

In Istria. Insula Veglia ad Voss!

In Dalmatia: Klinovac, Girolamo, Stretto.

In Hercegovina: in rupestribus Stolae ad Mostar (FIALA!)

In Macedonia: Kortiat (FRIV!).¹⁾

In Italia: in dumetis montis Sirente Aprutii (GROVES!).

Synonyma:

H. laciniata RCHB. Icon. II, 4375. non All.

H. laciniata var. *hirsuta* SCHLOSS. et VUKOT. Fl. Croat. 1869, p. 223

H. Dalmatica FOURN. l. c. 1866. p. 335, „siliquae . . . tetragonae, forsan indehiscentes“ et

H. Visianii FOURN. l. c. 338, siliquae compressae, torulosae dehiscetes vix differunt. Stigmatum differentia nulla!

Exsicc. PETER Fl. Dalm. exsicc. n. 196.

β.) var. *maioriflora* BORB. ined. Glabrata, magis nitens, floribus albis, maioribus, calyx fere eiusdem magnitudinis ac in typo (circ. 12 mm. lg), lamina petalorum late obovata vel obovato oblonga, 15 mm. longa, 7—9 mm. lata, more typi apiculata, subito in unguem attenuata.

In Dalmatia. In locis incultis montis Castellberg ad Cattaro (III./17. 1876. leg. K. STUDNICZKA).

Synonyma:

H. glutinosa VELEN. Fl. Bulg. p. 639, non Vis.

H. secundiflora VELEN. Suppl. Fl. Bulg. p. 18, ob florem maiorem.

γ) var. *secundiflora* BOISS. et SPRUNER, Diagn. pl. I. 1. 1842, p. 70, pro spec.: ORPHAN. Fl. Graec. exsicc. 284.

Non glandulosa, sed setis patulis hispida, inflorescentia eglanduloso-villosa, hinc et inde glabrata. Petalorum limbo anguste oblongo, magnitudine typi, „viridi-lutescente,“ vespere valde odoro, *siliquis „glabris“* (Fl. or. I. 235).

In monte Hymetti Graeciae.

Synon: *Hesperis* THEOPHR. Causs. VI. 25: cfr. p. 51.

δ) *scabricarpa* BOISS. Diagn. I. 1. 1842. p. 70 „fructus pube eglandulosa scabridi.“ Cum priore, sed rarior.

Species *Mediterranearum* altera est: *H. laciniata* ALL. Fl. Pedem. I. 1785, p. 271, t. 82, fig. 1!. caule ± hispidovilloso, superne subglanduloso, foliis inferioribus oblongo-lanceolatis, anguloso-dentatis, basi incis, superioribus „sessilibus lanceolatis, profunde et macqualiter dentatis,“ longe acuminatis, glanduloso-pubescentibus. *Racemo oblongo*, sat conferto, *pedunculis undique patentibus*, glandulosis, calyce saepe colorato duplo brevioribus, denique divaricatis. „*Petalorum lamina linearis*, fine obovato ampliori, non acuto, leviter emarginato, pallidissime sulphurea, inodora. Siliquae com-

¹⁾ In area geographica solum de plantis a me examinatis mentionem facio.

pressae, subtorulosae, glanduloso-pubescentes. — Species media inter priorem (Desertic.) secundamque generis (Montic.) sectionem“ (DC. l. c. 449).

Species in ditionibus transalpinis *H. glutinosae* vicaria varietatibus multis abundat.

(Folytatása következik. — Continuabitur.)

A herbariumok történetéhez.

Zur Geschichte der Herbare.

Irta: Alföldi Flatt Károly (Budapest).

(Folytatás. — Fortsetzung.)

RATZENBERGER Gáspárnak ezt a herbariumát igen részletesen és igen jól megírta Dr. KESSLER Hermann Frigyes Cassel-i polgári-iskolai tanár: „Das älteste und erste Herbarium Deutschlands, im Jahr 1592 von Dr. Caspar Ratzenberger angelegt, gegenwärtig noch im königlichen Museum zu Cassel befindlich,“ (Cassel, 1870.) című művében, melyben a történeti bevezetésen kívül a rendelkezésre álló csekély adatokból RATZENBERGER életrajzával is megbirkózott. A herbarium történetének és történeti értékének körülményes méltatása s a herbarium berendezésének rövid leírása után a benne foglalt növények részletes felsorolása következik, mely egyszersmind a herbariumba beírt összes adatokat (latin és német elnevezések, termőhelyi, gyűjtési s egyéb bejegyzések stb.) is tartalmazza a kötetek szerint. Négy rövid index zárja be a művet, a melyeknek elsője azokat a növényeket sorolja fel, a melyeknél RATZENBERGER lelőhelyeket is említ, a második azokat a növényeket foglalja magában, melyeket R.

Dieses Herbar des Caspar RATZENBERGER hat Dr. Hermann Friedrich KESSLER, Professor an der Bürgerschule zu Cassel in seinem „Das älteste und erste Herbarium Deutschlands, im Jahr 1592 von Dr. Caspar RATZENBERGER angelegt, gegenwärtig noch im königlichen Museum zu Cassel befindlich“ betitelten Werke (Cassel, 1870.) sehr ausführlich und sehr gut beschrieben. Ausser der geschichtlichen Einleitung befasst er sich in diesem Werke auf Grund der ihm zur Verfügung stehenden wenigen Daten auch mit der Lebensbeschreibung RATZENBERGER'S. Nach eingehender Würdigung der Geschichte und des historischen Werthes des Herbars und nach kurzer Beschreibung der Einrichtung desselben, folgt die ausführliche Aufzählung der darin enthaltenen Pflanzen, welche auch die in dem Herbar eingeschriebenen Angaben (lateinische und deutsche Benennungen, auf Fundort, Sammlung bezügliche und sonstige Notizen etc.) nach den einzelnen Bänden enthält. Vier kurze Indexe beschliessen

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Ungarische Botanische Blätter](#)

Jahr/Year: 1902

Band/Volume: [1](#)

Autor(en)/Author(s): Borbas [Borbás] Vincenz von

Artikel/Article: [Species Hesperidum Hungariae atque Haemi 344-348](#)